



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt II. Idem a in Concilio Turon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

TITULUS IV.

De Prælatiſ, ne vices ſuas, vel Eccleſias aliis ſub annuo pretio concedant.

CAPVT PRIMVM.

^a Alexand. III. in Concil. Lat.



Ratio quoniam quidam in quibusdam partibus ſub pretio ſtatuuntur, qui ^b Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem iuriſdictionem exercent, præſenti decreto ſtatuiſmus, ut qui id de cætero præſumpſerit, officio ſuo priuetur, & Episcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat.

NOTÆ.

1. ^a Alexander III. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titulo, cap. 1. ubi additur pars capituli Cum in officiis, ut agnoscamus in præſenti referri partem textus in cap. cum in offi-

cii, de testam. & integra constitutio extat in Concilio Later. celebrato sub Alexandro III. cap. 1. §. De quo Concilio egi in cap. nonnulli, de rescriptis. ^b Decani. De quibus egi in c. ad hæc, §. ult. de officio Archid. cap. cum Apostolus, de censibus.

CAPVT II.

Idem ^a in Concilio Turon.

Quoniam in quibusdam partibus Decani quidam, vel ^b Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, seu ^c Archidiaconorum, & terminandas causas ecclesiasticas sub annuo pretio ſtatuuntur, quod ad sacerdotum gravamen, & ad ſubverſionem iudiciorum non eſt dubium redundare, id ulterius fieri prohibemus: quod ſi quis de cætero fecerit, noſtrâ auctoritate removeatur à Clero: Episcopus autem, qui in ſua diœceſi hoc ſuſtinnerit, & eccleſiaſtica iudicia ſuâ patitur diſſimulatione perverti, canonicâ diſtrictione percellatur.

NOTÆ.

1. ^a Turon. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titulo, cap. 2. & reperitur textus hic poſt Concil. Later. p. 2. cap. 1. non ta-

men ibi refertur, nec in Concil. Turon. reperitur. ^b Archipresbyteri. De quibus egi in cap. 1. de officio Archipresb. ^c Archidiaconorum. De quorum iuriſdictione egi in cap. ad hæc, de officio Archid.

CAPVT III.

Idem ^a in Turon. Concil.

Quoniam enormis quædam conſuetudo in quibusdam locis contra Sanctorum Patrum inſtitutiones invaluit, ut ſub annuo pretio ſacerdotes ad Eccleſiarum regimen ſtatuantur, ne id fiat, modis omnibus prohibemus, quia dum ^b ſacerdotium ſub hujuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

NOTÆ.

1. ^a Idem. Alexander videlicet III. in Concilio Turon. ut habetur in cap. 3. hoc tit. in prima collectione, & poſt Concil. Later. part. 2. cap. 2.

& in ipſo Concilio Turon. apud Corjolanum in ſumma, can. 5. ita legitur: Ut ſacerdotes ad Eccleſiarum regimen ſub annuo pretio non conſtituantur. De hoc Concil. Turon. nonnulla adduxi in cap. maioribus, de præb.

L 4

b Sacerdo-